

# ŠKOFIJSKI LIST

55.

## Motu proprio

de indulgentia „Portiunculae“ septimo ab instituto Fratrum Minorum Ordine saeculo expirante.

Sacris solemnibus ob septem ab instituto amplissimo Fratrum Minorum Ordine revoluta saecula iam ad finem feliciter vertentibus, ut tam fausti eventus iugis memoria perseveret ac fructus, piis fidelium votis pro faciliore Portiunculae, quam vocant, Indulgentiae consequutione ex animo obsecundantes, quae sequuntur, motu proprio atque ex certa scientia, suprema Nostra apostolica auctoritate statuimus ac decernimus:

Firmis, scilicet, de memorata Indulgentia antea quomodocumque factis, quae nondum expiraverint, concessionibus, facultatem facimus omnibus et singulis locorum Ordinariis unam aut plures, pro rei opportunitate, in quovis propriae ditionis loco ecclesias aut publica vel semipublica oratoria designandi, ubi fideles, rite confessi et Sacra Synapsi refecti ac devote iuxta Nostram intentionem orantes, a vesperis diei primae ad solis occasum diei secundae mensis Augusti anni currentis, *toties quoties* ea visitaverint, haud secus ac si aliquam Ordinis Minorum ecclesiam visitassent, *Indulgentiam Plenariam*, animabus etiam quas purgatorius ignis emundat, applicabilem, lucrari possint ac valeant.

Hanc vero eandem Indulgentiam, iisdem sub conditionibus eademque ratione lucriferi posse concedimus a fidelibus utriusque sexus communem vitam agentibus qui propriam ecclesiam vel, si careant, proprium domesticum oratorium, ubi Ssma Eucharistia asservatur, ut supra, visitaverint.

Ne cui demum, praestantissimo hoc spirituali beneficio, ob peculiaria fortassis rerum adiuncta, fruendi copia desit, benigne indulgemus iisdem locorum Ordinariis ut ad supradictam Indulgentiam lucrandam statuere possint tam pro in saeculo quam pro piis in communitatibus viventibus fidelibus loco diei secundae Augusti, Dominicam proxime insequen-

tem, a vesperis Sabbati ad solis occasum ipsius Dominicae, hac tamen sub lege ut nequeat quis eadem concessionem bis frui.

Optamus autem vehementer ac summopere commendamus ut in ecclesiis oratoriisque, ut supra, designatis, die ad Indulgentiam lucrandam statuta specialia publicae ad Deum supplicationes pro Summo Pontifice, Ministris Sanctuarii universaque militanti Ecclesia peragantur; eaeque, praemissa invocatione Seraphici Patriarchae ac Litanis Sanctorum, Benedictione Eucharistica absolvantur.

Ita volumus, decernimus, sancimus, mandantes, ad quos spectat ut ad fidelium notitiam haec omnia tempestive deducenda curent. Praesentibus hoc anno et occasione tantum valituris. Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IX Iunii MCMX, Pontificatus Nostri anno septimo.

**Pius PP. X.**

Vsled tega pooblastila sv. očeta dovolim, da se smejo letos v ljubljanski škofiji po vseh župnih, samostanskih in duhovnijskih (ekspoziturnih) cerkvah oziroma kapelah, kjer se obhaja redna služba božja, prejemati porcijunkulski odpustki pod navadnimi pogoji, in sicer ali ob navadnem času, t. j. od večernic 1. avgusta do solnčnega zahoda 2. avgusta, ali pa naslednjo nedeljo, to je od sobotnih večernic do solnčnega zahoda v nedeljo.

Obakrat se pa odpustki ne morejo prejemati.

Slovesnost naj se konča z litanijami vseh svetnikov pred izpostavljenim sv. Rešnjim Telesom. Vzklik sv. Frančiška naj se pri litanijah trikrat ponovi.

Pred blagoslovom naj se moli petkrat Oče naš in Češčena Marija za sv. očeta, za cerkvene služabnike in za vojskujočo Cerkev na zemlji.

Opomba. Kjer se bo obhajala slovesnost v nedeljo, ostane običajna služba božja neizpremenjena,

zato se bodo obhajale litanije v nedeljo popoldne dvakrat.

V Ljubljani, 29. junija 1910.

† Anton Bonaventura  
knezoškof.

56.

## De quibusdam postulantibus in religiosas Familias non admittendis.

(Decretum S. Congr. de Religiosis.)

Ex audientia SSmi; die 7. Septembris 1909.

Ecclesia Christi, licet spirituali gaudio afficiatur, quum fideles matura deliberatione et recta intentione statum perfectionis in religiosis Familiis amplectuntur, qualitatis tamen quam numeri potius sollicita, ingressum in novitium et professionem votorum ita moderata est, ut eos tantum decreverit ad evangelica consilia in religiosis Domibus servanda esse admittendos, qui divinae vocationis argumenta praeberent. Ipsum quoque probationis tempus, quod votorum emissionem praecedat, ad hoc instituit, ut animi non solum religiosi imbuerentur virtutibus, sed etiam a Superioribus rite explorarentur.

Debilitata tamen in regionibus non paucis vitae christianae disciplina, Apostolica Sedes ingressum in religiosas Familias, examen tyronum et experimentum vitae religiosae, paullatim, progressu temporis, severiori quadam ratione ordinavit, editis ad rem legibus, quae spem perseverantiae et prosperi exitus firmiorem redderent.

Quum vero compertum sit, longe melius esse, ut aliquantulum claudantur januae ingredientibus, ne postea late reserentur exeuntibus, sanctissimus Dominus noster Pius Papa X. committere dignatus est huic sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, ut severiori hujusmodi Ecclesiae discipli-

nae insistens in admittendis alumnis ad novitium et vota, haec statueret, ab omnibus religiosis virorum Familiis, graviter onerata Superiorum conscientia, fideliter in posterum servanda, quae sequuntur:

Nullimode, absque speciali venia Sedis Apostolicae, et sub poena nullitatis professionis, excipiantur, sive ad novitium sive ad emissionem votorum postulantes:

1. qui e collegiis etiam laicis ob inhonestos mores vel ob alia crimina expulsi fuerint;
2. qui a seminariis et collegiis ecclesiasticis vel religiosis quacumque ratione dimissi fuerint;
3. qui, sive ut professi sive ut novitii, ab alio Ordine vel congregatione religiosa dimissi fuerint; vel, si professi, dispensationem votorum obtinuerint;
4. qui jam admissi, sive ut professi sive ut novitii, in unam provinciam alicujus Ordinis vel congregationis et ab ea dimissi, in eandem vel in aliam ejusdem Ordinis vel congregationis provinciam recipi nitantur.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Fr. I. C. Card. Vives,  
Praefectus.

D. L. Janssens, O. S. B.,  
Secretarius.

L. † S.

57.

## Declarationes circa Decretum „Ecclesia Christi“, editum die 7 septembris 1909 „De quibusdam postulantibus in religiosas familias non admittendis.“<sup>1</sup>

Decretum s. Congregationis de religiosis. Ex audientia Ssmi diei 5 Aprilis 1910.

Circa Decretum Ecclesia Christi d. d. 7 Septembris 1909 De quibusdam Postulantibus in Religiosis Familiis

non admittendis, ab hac Sacra Congregatione Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, sequentium dubiorum solutio expetita fuit:

<sup>1</sup> Glej Škof. List, 1910, str. 90.

I. An postulantes ad Novitiatum admissi ante publicationem decreti et in ipso comprehensi, valide ad professionem admitti queant, absque venia Apostolicae Sedis.

II. An ii, qui in aliqua Familia Religiosa primam tantum professionem emisissent ante publicationem decreti, valide admitti possint ad alteram professionem, scilicet solemnem in Ordinibus Regularibus, et perpetuam in ceteris Institutis, si in decreto comprehensi fuerint.

III. An valide et licite ad Novitiatum admitti possint postulantes, qui a Seminariis vel a Collegiis sive ecclesiasticis sive religiosis, vel a Novitiatu dimissi quidem non fuerunt formaliter, sed aequivalenter, id est, quos Superiores induxerunt vel hortati sunt, ut sponte discederent ne dimitterentur.

IV. An recipi valeant ii, qui professionem votorum temporaneorum in aliqua Congregatione emisissent, sed, peracto tempore, eandem sponte non renovaverunt.

Sanctissimus autem Dominus Noster Pius Papa X respondendum mandavit:

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative; sed Superiores sub gravi obligatione tenentur: a) opportunas, secretas iuratasque informationes exquirere Superiorum Seminarii, vel Collegii, vel Instituti religiosi a quo, circa veras causas exitus alumnorum, de quibus agitur; b) moraliter ali-

unde certos fieri et de bonis eorum religiosis moribus, et de solidae vocationis argumentis, et, si agatur de clericis candidatis, etiam de idoneitate litteraria. Et Superiores a quo, graviter onerata eorum conscientia, tenentur sincere et sub iuramento secretas huiusmodi informationes a Superioribus ad quos exquisitas transmittere.

Ad III. Valide quidem per se, sed omnino illicite. Et ad fraudes vel abusus e medio tollendos in re tanti momenti, Superiores nullum ex huiusmodi candidatis admittant, antequam per accuratas et secretas informationes a Moderatoribus Seminariorum, vel Collegiorum ecclesiasticorum sive religiosorum, vel religiosi Instituti, in quo novitii fuerunt, sub fide iuramenti habitas, certi omnino fuerint, candidatos, de quibus agitur, neque formaliter dimissos fuisse, neque aequivalenter. Quod si de candidatis clericis agatur, pariter constare debet de eorum idoneitate litteraria.

Ad IV. Affirmative, praehabitis tamen iuratis informationibus, ut supra, in responsione ad II et III.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Fr. J. C. Card. Vives,  
Praefectus.

L. † S.

D. L. Janssens, O. S. B.,  
Secretarius.

58.

## Instructio circa debita et obligationes oeconomicas a religiosis familiis suscipienda.

(Decretum S. Congr. de Religiosis. Acta Ap. Sedis 15. Sept. 1909.)

Inter ea, quae religiosis Familiis majus detrimentum afferunt, quaeque sicut earum tranquillitatem perturbant, ita bonam existimationem in discrimen vocant, praecipue est numeranda nimia facilitas, qua aliquando debita contrahuntur.

Saepe enim aes alienum inconsulto et intemperate suscipitur, sive ad excitandas domos, sive ad eas augendas et ampliandas, sive ad tyrones plus aequo recipiendos, sive ad manum apponendam operibus vel instituendae juventutis, vel sublevandae miseriae.

Quae quidem omnia, licet vel in se, vel ratione praestituti finis, sint opera laude digna, quum tamen regulis christianae prudentiae et aequae administrationis non semper respondeant, ideoque apostolicarum praescriptionum verbis et spiritui contraria sint, Deo esse grata non possunt, nec proximo valent permanentem afferre utilitatem.

Quum autem in dies misere succrescat huiusmodi abusus, debita contrahendi absque prudentibus cautelis, et frequenter sine venia, sive Superioris generalis sive hujus Apostolicae Sedis; attentis peculiaribus et extraordinariis sane circumstantiis, in quibus publicae et privatae res oeconomicae versantur: ne domus quaecumque religiosae, ex sua leviori agendi ratione, in aere alieno contrahendo damnum in posterum perentiant; sanctissimus Dominus noster Pius Papa X., habitis suffragiis Emorum Patrum Cardinalium hujus sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in plenario coetu ad Vaticanum habito, die 30 Julii 1909, post maturum examen, haec decernere, statuere et praescribere dignatus est, a singulis Ordinibus, congregationibus, institutis, utriusque sexus, sive votorum solemnum sive simplicium, a monasteriis, collegiis et dominibus religiosis, sui

quoque juris, vel Ordinariis locorum subjectis, apprime servanda:

I. Moderatores, sive generales sive provinciales seu religiosas sive locales nulla debita notabilia contrahant, nullasque notabiles obligationes oeconomicas suscipiant, directe vel indirecte, formaliter vel fiducialiter, hypothecarie vel simpliciter, cum onere vel absque onere reddituum seu fructuum, per publicum vel privatum instrumentum, oretenus vel aliter:

a) absque praevio consensu Consilii generalis seu Definitorii, si agatur de Curia generali, aut de domo vel domibus, immediate jurisdictioni seu directioni Curiae generalis subjectis;

b) vel absque praevio consensu Consilii seu Definitorii provincialis, et expressa licentia Moderatoris generalis, accedente voto deliberativo Consilii seu Definitorii generalis, si agatur de debitis vel obligationibus a Superioribus provincialibus vel regionalibus contrahendis seu suscipiendis;

c) vel absque praevio consensu Consilii localis seu monasterii sive domus, quocumque nomine designetur, sub nullo Superiore provinciali seu regionali positae, et expressa licentia Moderatoris, generalis, ejusque Consilii seu Definitorii generalis. Quod si Ordo in varias congregationes seu familias, proprium Praesidem seu Moderatorem generalem seu quasi generalem habentes, divisus sit, hujus Praesidis seu Moderatoris ejusque Consilii licentia necessaria omnino erit;

d) vel absque praevio consensu Consilii localis, si agatur de monasteriis vel domibus nulli Moderatori generali subjectis, accedente tamen licentia in scriptis Ordinarii loci, si monasteria seu domus hujusmodi ab Ordinarii jurisdictione vere exempta non sint.

II. In debitis vel in obligationibus oeconomicis contrahendis, habenda est notabilis quantitas, quae superat 500 libellas, nec attingit 1000, si agatur de monasteriis vel domibus singulis; quae superat 1000 libellas, nec attingit 5000, si agatur de provinciis vel quasi provinciis; quae superat 5000 libellas, si de Curis generalibus. Quod si domus, provincia vel Curia generalis debita vel obligationes contrahere intendat, quae valorem 10.000 libellarum excedant, praeter licentiam respectivi Consilii, ut supra, requiritur beneplacitum apostolicum.

III. Non licet per diversa debita vel per obligationes diversas, quae quomodolibet contracta sint vel contrahantur, summam respectivam in praecedenti articulo expressam superare; sed omnia et singula debita omnesque et singulae obligationes, quomodolibet contracta, semper coalescunt. Ideoque nullae omnino erunt licentiae ad nova debita contrahenda novasque obligationes suscipiendas, si anteacta debita vel obligationes nondum exstincta sint.

IV. Pariter nulla erunt indulta seu beneplacita apostolica ad contrahenda debita vel ad suscipiendas obligationes, valorem 10.000 libellarum excedentia, si domus, provincia vel Curia generalis oratrix in precibus reticeat alia debita vel alias obligationes, quibus forsitan adhuc gravatur.

V. Si qua autem congregatio et institutum votorum simplicium aliaeque religiosae Familiae Consilia generalia, provincialia et localia non habeant, illa intra tres menses constituent ad hunc finem vigilandae administrationis oeconomicae. Monasteria autem seu domus, quae sint sui juris, nec Consilium libera capituli localis electione constitutum habeant, illud pariter intra tres menses sibi eligant. Consilarii autem per triennium in officio permaneant, et sint quatuor in monasteriis vel domibus, quae saltem duodecim electores habent, et duo ad minus in aliis.

VI. Suffragia, de quibus agitur in articulo I, toties quoties exquirantur, et semper secreta atque deliberata sint, non mere consultiva; licentiae autem, virtute suffragiorum concessae, numquam oretenus, sed in scriptis dentur. Acta vero Consilii subscribantur tum a Moderatore tum a singulis consiliariis.

VII. Graviter oneratur Moderatorum conscientia, ne per se vel oeconomum, vel aliter, consiliariis occultent, ex toto vel ex parte, bona quaecumque, redditus, pecunias, titulos, donationes, eleemosynas et alia valorem aliquem oeconomicum habentia, etiamsi data sint Moderatori intuitu personae; neque de debitis vel obligationibus quomodolibet contractis taceant; sed omnia plene, exacte, sincere, fideliter revisioni, examini et adprobationi Consilii committantur; omnia etiam documenta, bona temporalia vel oeconomiam respicientia, pariter consiliariis examinanda tradantur.

VIII. Nulla fundatio monasterii vel domus, nullaue foundationis amplificatio vel mutatio fiat, si pecunia solvenda non habeatur, et hac de causa debita vel obligationes oeconomicae contrahenda sint, etiamsi fundus vel materia ad aedificandum, vel aliqua pars aedificii gratuito donetur, vel construatur; nec sufficit promissio pecuniae etiam in magna quantitate ab uno vel pluribus benefactoribus tribuendae, quia hujusmodi promissiones saepe non adimplentur, cum periculo gravis nocimenti materialis et moralis Religiosorum.

IX. Ut pecuniae, redditus aliique proventus legitime collocentur in aliquo tuto, licito ac fructifero investimento, et ut potius in uno quam in alio investimento ponantur, requiritur votum Consilii, toties quoties exquirendum, exhibitis praefato Consilio omnibus notitiis circa formam, modum et alias investmenti circumstantias. Quod item valet pro qualibet investmenti mutatione, servatis aliis de jure servandis.

X. Quae de triplici clavi capsam claudente deque ipsius capsae visitatione, necnon de recta administra-

tionem rerum temporalium praescribuntur in constitutionibus singularum Familiarum religiosarum, si severiori ratione, quam in singulis articulis praesentis Instructionis ordinentur, accurate servantur in iis, quae ipsi Instructioni contraria non sint. Et ubi administratio temporalis per propria statuta ordinata non fuerit, omnia quamprimum ordinentur, prae oculis habitis quae in Normis, cap. VI., dicuntur, quaeque non solum sorores, sed et viros religiosos respiciunt, ut habetur in nota in fine pag. 3 earundem Normarum posita, salvis semper praescriptionibus hujus Instructionis.

XI. Fundus, legata et alia quaecumque bona, quae quomodolibet Missas adnexas habent, eorumque fructus vel redditus nullo pacto debitis vel obligationibus economicis cujuscumque conditionis sint, ne quidem ad breve tempus, gravari possunt; et pecuniae pro Missis manualibus vel aliis celebrandis acceptae, ante ipsarum celebrationem, nullo pacto nullaque de causa, neque ex toto neque ex parte expendi possunt, sed integre servari debent. Qua in re speciali vigilantia procedant tum Moderatores tum consilarii.

XII. Quae de dotibus monialium et sororum non alienandis ab apostolica Sede jandudum statuta sunt, erunt apprime servanda. Nullo igitur pacto neque cuiusvis utilitatis intuitu fas erit capitalia hujusmodi do-

tum consumere, quousque respectivae moniales vel sorores vivant; sub poenis a jure determinatis. Et Apostolicae Sedis venia erit expetenda, si ob gravissimas circumstantias perutilis judicetur etiam unius tantum dotis alienatio.

XIII. Donationes, etiam titulo eleemosynae vel subsidii, non fiant, nisi juxta condiciones a Sancta Sede praescriptas, et juxta mensuram in singulis constitutionibus ordinatam, vel a capitulis, et in eorum defectu, a Superioribus generalibus cum respectivis Consiliis legitime determinatam.

XIV. Omnia, quae in hac Instructione praescribuntur, non solum Ordines, congregationes et instituta virorum, sed etiam monialium et sororum respiciunt. Violatores autem earundem praescriptionum graviter puniantur, et si violatio sit de iis, quae de jure communi vel juxta praesentem Instructionem apostolicum beneplacitum requirunt, poenis ipso facto subiaceant, alienatoribus bonorum ecclesiasticorum inflictis.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Fr. I. C. Card. **Vives**,  
Praefectus.

D. L. **Janssens**, O. S. B.,  
Secretarius.

L. † S.

59.

## Izkazi o ljudskem gibanju.

C. kr. deželna vlada za Kranjsko je z dopisom z dne 7. junija t. l. št. 1721 naslednje semkaj sporočila:

Das k. k. Ministerium des Innern hat mit dem Erlasse vom 10. Jänner 1910, Z. 44.644 ex 1909 nachstehendes eröffnet:

Die Einleitung der Vorarbeiten für die Ende des Jahres 1910 anberaumte Volkszählung, sowie die darauf folgende Bearbeitung des Erhebungsmateriales stellt an die Leistungsfähigkeit der statistischen Zentralkommission ganz besondere Anforderungen.

Diesen kann die genannte Kommission nur dann gerecht werden, wenn sie in die Lage versetzt wird,

die übrigen laufenden Arbeiten zeitgerecht zu erledigen.

Nun hat sich seit geraumer Zeit eine beträchtliche Unregelmäßigkeit in der Vorlage des Urmateriales der Nachweisungen über die Bewegung der Bevölkerung seitens der politischen Behörden und der Matrikenämter herausgebildet.

Čč. gg. matičarjem se vsled tega naroča, naj se natančno drže roka glede vpošiljevanja četrtletnih izkazov o ljudskem gibanju. (Glej navod v Škof. Listu, 1895, str. 43).

60.

## Zavezni pristavki na obligacijah.

Čč. župni uradi se opozarjajo na odlok c. kr. finančnega ministrstva z dne 21. febr. 1860 št. 9189/513, ki se tiče zaveznih pristavkov (Vinkulierungs-Klausel) na obligacijah.

Ta odlok naroča, naj bodo zavezni pristavki kratki in naj se nato podrobnejši podatki zaznamujejo kar na hrbtu obligacije. Isto bi se pa tudi doseglo, če se podrobni izkaz spiše na posebno polo, ki se vtakne potem v obligacijo.

Odlok slove dobesečno:

In Erledigung des Berichtes vom 16. Februar l. J. Zahl 36/VB wird der k. k. Staatschuldekasse gestattet, in Zukunft bei Vinkulierung von Obligationen, die zur Bedeckung mehrerer Stiftungen bei einer und derselben Kirche, Pfründe, Abtei u. s. f. zu dienen haben, dann, wenn die Auftragung der einzelnen Stiftungen einen, den Kreditkonto überschreitenden Raum in Anspruch nehmen würde, die Vinkulierungs-Klausel in der Art abzukürzen, dass dies Vinkulum einfach auf

die bezügliche Kirche, Pfründe, u. s. w. nomine verschiedener (Messen-Gebets-Seelenamts-) Stiftungen“ zu lauten hat.

Hirnach werden auch die politischen und geistlichen Behörden mit dem Bemerken verständigt werden, dass es die Sache der Kirchenvorsteher sein wird, die Anteile der einzelnen Stiftungen an der gemeinschaftlichen Obligation, auf dem Rücken dieser letzteren unter ihrer Fertigung ersichtlich zu machen.

61.

## Letno poročilo o „Apostolstvu sv. Cirila in Metoda“ za leto 1909.

Od julija do decembra l. 1909. se je vpisalo in letni prispevek plačalo okoli 10.000 udov.

Skupnih dohodkov je bilo 3010 14 K; troškov 594 20 K in 100 K mora ostati v poštni hranilnici. Torej je ostalo na razpolago čistih 2315 94 K. Ta vsota se je tako-le razdelila: Za misijone v Macedoniji 350 K; za bolgarske misijone Asumpcionistov 1015 K; za katoličane katoliškega obreda v Bosni 200 K; za katoličane vzhodnega obreda v Bosni 300 K; za „Velehradsko Akademijo“ 250 K; za Slovence v tujini 200 K.

Odbor je sklenil, da bode redno veliko večino dohodkov porabljal za vzhodne misijone in za naprave, ki imajo namen delati za cerkveno zedinjenje.

Ta sklep so presvetli knezoškof potrdili dne 14. febr. 1910. Razlogi za ta sklep so naslednji: 1. Skoraj vsi udje namenajo svoje prispevke za vzhodne misijone. 2. Osrednje vodstvo „Apostolstva“ (na Velehradu) se je izreklo, da se na ta način še bolje izvršuje namen „Apostolstva“. 3. Za versko-cerkvene potrebe v domači škofiji imamo pri nas druge družbe, ki naberejo primeroma mnogo več kakor „Apostolstvo“. 4. Vzhodni misijoni nujno potrebujejo naše pomoči.

**Odbor „Apostolstva sv. Cirila in Metoda“.**

Videl in potrdil:

† Anton Bonaventura,  
škof.

62.

## Cerkvenoglasbeni tečaj.

C. kr. deželna vlada za kranjsko je z dopisom z dne 31. maja t. l. št. 13.069 semkaj sporočila:

Dem k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht ist von Abt Schachleiter des Stiftes Skt. Emaus bei Prag das Projekt unterbreitet worden, im Monate August d. J., einen ungefähr 8—12 tägigen „Kirchenmusikalischen Kurs“ in Emaus, beziehungsweise Prag abzuhalten, welcher für Musiklehrer an den Lehrerbildungsanstalten und für Chorregenten zugänglich sein soll.

Neben dem Anhören und praktischen Einüben des Chorgesanges und entsprechenden theoretischen Unterweisungen würde bei diesem Kurse auch die polyphone Kirchenmusik Berücksichtigung finden, teils in Vorträgen über kirchenmusikalische Literatur über die mehrstimmige Kirchenmusik, über kirchliches Orgelspiel mit praktischen Vorführungen und Übungen in Choralbegleitung, teils durch Musteraufführungen polyphoner und instrumentaler Kirchenmusik.

O čemer se korni voditelji s tem obveščajo.

63.

## Oklici vojaških dopustnikov (reservistov).

„Zaukaznik za c. in kr. katoliško vojaško in mornariško duhovščino“ prinaša v 6. številki, 1909. sledeče naročilo:

Nach dem kirchlichen, aber auch in Österreich nach dem bürgerlichen Gesetze muß jeder Ehemann, der zur Zeit des 1. Aufgebotes noch nicht durch volle

sechs Wochen im Orte seines dermaligen Aufenthaltes (dieser mag sein wahres oder Quasidomizil sein oder nicht) wohnhaft ist, auch in jener Pfarre verkündet werden, in welcher er sich zuletzt durch volle sechs Wochen aufgehalten hat.

Da die Beurlaubten, Reservisten, oft gleich nach ihrer Übersetzung in das nichtaktive Verhältnis die Ehe schließen, so müssen sie bei ihrem früheren zuständigen parochus proprius verkündet werden, was oft mit einer Verzögerung verbunden ist, namentlich, wenn solche Eherwerber von den in fremden Corps-

bereichen dislozierten Truppenkörpern in die Heimat zurückkehren.

Um da eine Abhilfe zu schaffen, werden die Feldsuperiorate ermächtigt, die von den in fremden Korpsbereichen dislozierten Truppenkörpern in die Heimat rückkehrenden Reservisten (Urlauber), ohne Rücksicht auf die frühere Jurisdiktionszuständigkeit, beim Feldsuperiorate ihrer Heimat, beziehungsweise ihres nunmehrigen Aufenthaltes zu verkündigen.

Reservisti, ki torej prebivajo v ljubljanski škofiji, se smejo oklicati pri c. in kr. vojnem superioratu v Gradcu.

64.

### Praznik sv. Alojzija — pouka prost dan.

C. kr. deželni šolski svet za Kranjsko je z odlokom z dne 1. junija t. l. št. 7940 določil, da bodi odslej na vseh ljudskih in meščanskih šolah na Kranjskem praznik sv. Alojzija (21. junij) pouka prost

dan. Nasprotno pa se bo pouk vršil na pepelnično sredo.

V tem smislu se izpremeni točka 7. izvršilnega predpisa k § 56 dokončnega šolskega reda.

65.

### Nabirka milih darov za poplavljenca na Tirolskem in Predarliskem.

C. kr. deželno predsedništvo za Kranjsko je z dne 27. junija 1910, št. 1431/pr. doposlalo semkaj naslednji poziv:

Dne 13. junija t. l. je poplavila nekatera dela Severno-Tirolske in Predarlberške dežele grozovita povodenj.

Ker radi velikega razširjanja te posebno hude ujime velikemu delu prebivalstva preti najhujša nevarnost za njegov gospodarski obstanek, in ker je za olajšanje bede zunanja pomoč nujno potrebna, razpisujem s tem na prošnjo gospoda namestnika za

Tirolsko in Predarlberško in na pooblastilo gospoda c. kr. ministra za notranje stvari, zbirko milih darov po vsi kronovini Kranjski.

Darila se sprejemajo pri c. kr. deželnemu predsedništvu, pri mestnem magistratu v Ljubljani, pri vseh okrajnih glavarstvih; razglasila se bodo v uradnem listu „Laibacher Zeitung“ in odkazala svojemu namenu.

Čč. gg. dušnim pastirjem se vsled tega naroča, naj oklic oznanijo s prižnice, nabrane darove pa odpošljejo na svoje mesto.

66.

### Različne opazke.

Binacija in aplikacija intencije. — Za duhovnike, ki smejo vsled pooblaščenja ob nedeljah in zapovedanih praznikih binirati, veljajo naslednje določbe, ki so tu posnete po Ordinariats-Blatt der Budweiser Diöcese, 1909, str. 96:

1. Župniki, ki morajo maševati v dveh župnijah (v svoji in v župniji, kjer so soupravitelji), morajo obakrat maševati pro populo.

2. Župniki, ki binirajo v svoji župniji, mašujejo enkrat pro populo, za drugo mašo ne smejo sprejeti stipendija zase.

3. Duhovnik, ki nima dolžnosti maševati pro populo, sme za eno mašo sprejeti stipendij, za drugo pa ne zase.

4. O Božiču sme duhovnik sprejeti stipendij za vse tri maše, župniki pa le za dve, ker mora enkrat maševati pro populo.

5. Če je v kaki škofiji, kakor pri nas, dovoljeno, da se stipendij pro casu binationis daruje za škofijske potrebe, se mora ves prejeti stipendij izročiti v ta namen.

67.

## Slovstvo.

**Dekletom.** Prvi zvezek: Krščansko življenje. Spisal Anton Bonaventura, škof ljubljanski. V Ljubljani 1910. Tisk Katoliške Tiskarne. St. 89. Cena 80 h. Vsebina: 1. Tvoj zadnji namen. 2. Tvoj namen na zemlji. 3. Tvoje naravne moči. 4. Tvoje nadnaravne moči. 5. Viri nadnaravnih moči. 6. Temna stran življenja. 7. Viri tmin v tebi. 8. Grenki sad. 9. Vojska. 10. Pomoč v vojski. 11. Sveti zakon. 12. Sveta čistost. 13. Gnusna nečistost. 14. Krščansko življenje.

**Vodnik marijanski.** Navodilo za pravilno vodstvo Marijinih družb. Izdalo: Osrednje vodstvo Marijinih družb za ljubljansko škofijo. 1910. Založila Katoliška Bukvarna v Ljubljani. Tiskala Katoliška Tiskarna. Str. 156. Cena v platno vezani knjigi K 3·20. Vsebina: po predgovoru in uvodu o bistvu in namenu Marijinih družb, o splošnih pravilih, o odpustkih in pravicah, o zgodovini. Navodilo poučuje o ustanovitvi, sprejemu, vodstvu, predstojništvu, družbenih potrebščinah, shodih, sv. zakramentih, molitvah in pobožnih vajah, o zabavi

in izobrazbi, o napakah, o organizaciji vodstva. Dodatek podaja razpored nagovorov pri družbah, literaturo in obrazce.

**Staršem in vzgojiteljem!** Navajajte otroke, da bodo hodili pogostoma k sv. obhajilu. O. Julij Lintelo, D. J. 1910. Založila Katoliška Bukvarna v Ljubljani. Str. 43.

**Ave Marija!** Slovenski nabožni list za jugoslovanske izseljenike v Ameriki. Izhaja začetkom vsakega meseca. Naročnina 3 K 75 h. Naslov: „Ave Marija“, Rockland Lake. N. J.

Volc Jožef: **Velike zgodbe svetega pisma stare in nove zaveze.** Za višje razrede ljudskih šol in za meščanske šole. Cena vezani knjigi 1 K. — Čč. gg. kateheti se opozarjajo, da je uporaba te knjige zaukazana na meščanskih šolah in v 4. razredu ljudskih šol ljubljanske škofije. (Škof. List, 1909, st. 115.)

Volc Jožef: **Kratke zgodbe svetega pisma.** Cena vezani knjigi 50 h.

68.

## Konkurzni razpis.

Razpisujeta se župniji Sv. Križ pri Litiji v trebanjski dekaniji in Gorje v radovljiški dekaniji.

Prošnje naj se naslove na c. kr. deželno vlado za Kranjsko.

Prošnjam se mora priložiti nekoljkovana kompetenčna razpreglednica.

Zadnji rok za vlaganje prošenj je 6. avgust 1910.

69.

## Škofijska kronika.

**Cerkveno odlikovanje:** Za kn.-šk. duhovna svetnika sta bila imenovana č. g. Anton Šmidovnik, župnik v Prečini, in č. g. Avguštin Šinkovec, župnik v Škofji Loki.

**Imenovan** je za župnega upravitelja v Gorjah odnotni kaplan č. g. Janez Langerholz.

**Stalni pokoj** je dovoljen č. g. Valentinu Jakelj, župniku v začasnem pokoju, in č. g. Andreju Petku, župniku pri Sv. Križu pri Litiji.

**Umrli** je 4. julija t. l. v Leonišču v Ljubljani prečastiti g. Janez Ažman, duhovni svetnik, župnik v Gorjah. Pokopan v Gorjah.

### *Knezoškofijski ordinariat v Ljubljani, dné 5. julija 1910.*

**Vsebina:** 55. Motu proprio de indulgentia „Portiunculae“. — 56. De quibusdam postulantis in religiosas Familias non admittendis. — 57. Declarationes circa Decretum „Ecclesiae Christi“. — 58. Instructio circa debita et obligationes oeconomicas a religiosis familiis suscipienda. — 59. Izkazil o ljudskem gibanju. — 60. Zavezni pristavki na obligacijah. — 61. Letno poročilo „Apostolstva sv. Cirila in Metoda“ za leto 1909. — 62. Cerkvenoglasbeni tečaj. — 63. Oklici vojaških dopustnikov (reservistov). — 64. Praznik svetega Alojzija. — 65. Nabirka za poplavljenca na Tirolskem. — 66. Različne opazke. — 67. Slovstvo. — 68. Konkurzni razpis. — 69. Škofijska kronika.